

Nf 21
Nf 21



In hoc vol. sunt.

20. Mücke Leys u. Programmata.

Baieri de Religione magna Romanensium.

— de Capitibus quibusdam fidei, de quibz Chau-
vinus, Vrygniusq. inter se contendunt.

De efficacia Ministerii et sacramentorum, per homines
malos administrata Respondentis J. L. Langii Disq. Inaug.

De Scrutinio fidei et Christi in nobis.

Vestemensis de anima, pro anima. s. in quantum
Factor coram tribunali Div. tenatur, pro grege.

— de Ignorantia Theologorum laudabili

Loescherus de ΘΕΟΤΝΟΣΙΑ naturali.

Faltz grav de Indifferentismo religionum exalando.

Rambach de Scriptura Sacra ad errores vulgi
Conceptus accomodata. ref.

Heydeni de Divinitate Ss. ex argumento ab ingeniis
Italographorum in conspectibus vel ser vel aliis ritibus

— de distincta Integritatis a lapsu Adami cooperatione

— de Mosis Resuscitatione.

De Autore Suspiriorum inenarrabilium.

Epistii de eligenda Religione in germania.

Craselii Valet, Nigriff (vel ex reobribe uoroban)

Konradlich Bormagnung Sed Senatus Academice

Antoni Quadr Disputatio an num Disputatio Theo-
logum non conferat gloriam.

Theologorum Disputatio Ungarum non est causa.

Podanoban über den Theologorum Disputatio Ungarum.


Ungarum über den Disputatio Ungarum über den Ungarum

Monograph. Georg Wilk. in Brand. Barenth Reprint et alio.

Ungarum über den Disputatio Ungarum.

Ungarum über den Disputatio Ungarum.

Ungarum über den Disputatio Ungarum.



L. v. 1777

**PRO-RECTOR
ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ
JOACH. JUSTUS
BREITHAUPT,**

S. Th. D. & Prof. P. Sem. Theol. & Sacrorum Hillersl. Dir.
Prap. & Præl. C. B. V. Magdeb. Consil. Confist. & Gen. Su-
perint. Duc. Magd. ac Pr. Diœc. Sal. Insp.

Una cum

**PROFESSORIBUS
RELIQVIS,
CIVES ACADEMICOS** *a.*

AD FERIAS

Nativitatis Domini & Dei nostri
JESU CHRISTI,

adoranda æterna Ejus essentia atque persona, ad salutem
creditu necessaria, digne celebrandas,

Omnes ac singulos hortatur &
invitat.

P. P. in Acad. Frider. A. MDCCVII.



PRO. RECTOR
ACADEMIE FRIDERICIANAE
JOACH. JUSTUS
BREITHALPT.

STAD. & PROF. CAN. THEOL. & SACRAM. FACULT. DR.
PROP. & PROF. C. B. V. MEDICINAE, CONSIL. COLL. & CAN. ST.
PRINC. DUC. MAGD. SOPR. DUC. SAL. INSP.

PRO. RIBUS
UNIVERS.
ZVHALLE



18
AD FERIAS
Nuntius in & Dei noster
CHRISTUS
Nuntius in & Dei noster
F. R. in Acad. Frid. A. MDCCLVII





Beata Mariam Virginem, benedictam inter mulieres, θεοτόκον, h. e. Deiparam, divino jure dicendam esse, merito his festis diebus, Nativitatis Domini & Dei nostri propriis, religione publica profitemur ac meditamur. Eandem loquendi rationem ab initio Ecclesiae Christianae fuisse usurpatam, eo minus dubitari potest, quo major oborta est animorum fidelium offensio, quum seculo quinto Nestorius, cum Presbytero suo Anastasio, dictionem illam rejicere imprudenter auderet. Neque actum modo in controversia ista de loquutione, sed de re ipsa etiam longe maximi momenti, vel inde satis intelligitur, quod perperam existimarint negationis ejus auctores, Deitatem dici natam, si doceatur, Mariam esse θεοτόκον, Deiparam. Postquam enim Cyrillus in sua ad Nestorium epistola demonstraverat, ipsum Verbum, seu Filium Dei, Deum omnino verum de Deo vero, & incarnatum, & passum esse; Nestorius id male ad naturam trahere annitebatur, quasi Cyrillus statueret divinitatem *partibilem*. aut, quae consideraretur ut recens nata. Scholastici exinde satis scite animadverterunt, Nestorianum errorem ortum ex ignorantia discriminis, quod, inter *abstractum* & *concretum*, in re omni observandum est: hoc etenim non adhibito in doctrina de Christo, neque agnito ex informatione data, fieri haud potuit, quin confusionem rerum obstinatam pertinax verborum repudiatio sequeretur. Verissimum utique existit, permanetque indubitatum, naturam divinam minime nasci posse ab homine; quatenus in se spectatur ea, atque ab humana assumptâ abstrahitur cogitando. Quando autem natus e Virgine est Filius Altissimi, Luc. I, 27. 32. Verbumque illud æternum caro factum definito tempore: Joh. I, 14. Gal.

14. Gal. IV, 4. non potest non id ipsum statui, quod felicissimus Scripturarum interpres *Theophylactus* scribit; *quando audieris, quod verbum caro factum, ne opineris, quod a sua natura destiterit, & in carnem versum sit: neque enim Deus fuisset, si versum & alteratum fuisset: sed manens, quod erat, factum est, quod non erat.* Nec vero duas propterea personas Virgo peperit, quarum una divinam, altera humanam habuisset naturam; unus quippe est natus *Servator, qui est Christus Dominus in urbe David.* Luc. II, II. Unus ergo idem is mansit Deus, Dei proprius & unigenitus Filius, tamen factus homo: neque hinc naturæ tribuendum infinitæ, quod toti personæ, cujus est nunc utraque natura, tribuitur; ut, licet non recte diceretur nata Deitas, rectissime tamen Deus natus, passus, crucifixus, mortuus pro nobis ac resuscitatus, prædicari possit debeátque. Nam *ἁγιος*, sanctum illud, quod e Maria natum existit Filius Dei, Luc. I, 35. ipso Gabriele Angelo sic testante, *concretum* est, significans non duplicem CHRISTUM, sed in uno duas naturas, quatenus unione ærtissima æque ac sanctissima in unam personam coalescant. Quæ quidem unio, exinde optime dicta *personalis*, nonne adeo consistit in naturæ humanæ cum divina intra hypostasin Filii Dei conjunctione indissolubili, ut per eam una eademque persona pariter, verus Deus & verus Homo sit? Atque hanc unionem an non necessario Naturarum communicatio sequitur, qua humana Dei quoque, & divina etiam hominis natura esse cœpit? Atqui ex ea communicatione an non prædicationes simul *personales* resultant, ut Deus vere dicatur homo, & homo hic vere dicatur Deus? Quamobrem audiendus *B. Chemnitius* libro de *Duabus Naturis* cap. V. *Quia λόγος est hypostasis, non tantum divinæ suæ naturæ, verum etiam assumptæ humanæ naturæ; ideo dicitur Deus esse homo.* Et *B. Gerhardus Exeg. Loc. IV. c. IX, 168.* *Quia hypostasis, utriq; nature communis,*

munis, arctissime eos unit; ideo etiam in concreto, hoc est, ratione & respectu illius hypostaseos, de se invicem prædicantur. Genuinus enim sensus illarum propositionum: Deus est Homo, & Homo est Deus: hic est, quod utriusque naturæ, divinæ & humanæ, in CHRISTO sit una communis hypostasis, quæ arctissime & insolubiliter uniuntur. Porro, ex hac communicatione Naturarum, & personali ratione prædicandi, quid fuerit certius, quam, juxta indolem rei infinitam, promanare ultro communicationem idiomatum, seu eorum, quæ naturis propria sunt, cum legitima eorundem prædicatione: Quod si enim dico, Deus est homo factus; quid mirum, si ad dam, Scripturæ & veritatis ductu, similiter? itaque Deus est natus, passus, crucifixus, mortuus. Cæterum, quæ & quoruplex variæ communicationis idiomatum, ac oriundæ ex ipsa prædicationis, sit differentia, in sacris litteris fundata, in Scholis Theologorum uberius docetur. Quæ quum ita sint habeantque, difficile intellectu non erit amplius, cur Nestorius reformidarit enuntiationes illas: *Deum esse natum ex homine, Mariamque Deiparam esse*; ut legitur apud Socratem Christianum lib. VII. Histor. Eccl. cap. XXXII. Nam stolidi arrogancia excœcavit mentem Hæretici, quæ amore sui suæque opinionis obnubilata, assequi & penetrare non posset tam reconditum mysterium; nec aliis quidem vere & digne agnoscendum animabus, quam suæ ex peccato miseriæ sensu contritis, & fractis paupertate spiritus, visisque sibi omnem in modum miserrimis. Sic namque animatæ, ex ipso sui experimento demum percipiunt, quantopere corrupta ac depravata omnis humanitas; & quanta, penes hominem reperta, necessitate adductum sit Numen supremum, ut mera ex misericordia ab æterno decerneret, labenti humano generi quod mederi nemo valeret usquam, propterea stupendo *Incarnationis* opere manifestum futurum Deum. i. Tim. III, 16. Eleganter enim ac firmiter

miter ratiocinatur *Aushelmus* in libro, *Cur Deus homo*, c. VIII. *Satisfactionem facere non potest, nisi sit verus Deus; nec debet, nisi sit verus homo: si homo tantum est, non faciet, quia non poterit: si Deus tantum, non faciet, quia non debebit.* Quandoquidem idcirco *Deus* sic conspicuus factus in carne, quid negavit *Deum* natum *Nestorius*? Quemque *Deus* emisit suum ipsius *Filium*, siquidem inficiari nequit esse *Deum*, factumque ex muliere illum ipsum, *Gal. IV, 4.* qua fronte, non diffitens personam unam eandemque *Mariæ* *Filium*, *Mariam* exin *Deiparam* vocare hæsitavit? Nempe, quod sine controversia esse magnum pietatis mysterium affirmat *Apostolus*, *Hæreticus* profiteri non potuit, quia defectum pietatis suum occultare non potuit. Quanta proinde fuit impietas etiam, quod lacte nutritum noluerit adorare: *Concil. Ephes. part. II.* tanto magis enitendum est nobis, ut lac *Evangelii* sincerum e *Christi* spiritu eo ardentius & appetamus & imbibamus, tanquam infantes modo nati, ut eo nutriti adolescamus. Ita si gustaverimus, quod bonus sit *Dominus*, *1. Pet. II, 2, 3.* vera fide infantes redditi, quid dulcedine & voluptate nos majore afficiet perfundetque, nisi quod deceat nos, liceatque nobis, appropinquare ad *Jesum*, atque hunc propter nos lacte nutritum adorare? O beati *Magi* illi de integritate sua, qui ipsis oculis suis cernentes imbecillitatem carnis in divino puerulo, ex ea nihil impediendi ceperint, quo minus honorem divinum ipsi exhiberent! O beatam *Elisabetham*, quæ *Mariam*, matrem *Domini sui*, hoc est, *Deiparam*, antequam peperisset, plena *Spiritu Sancto* salutarit!

At vero pejores adhuc *Nestorio* supersunt, qui perverfæ rationis abusu eo abripiuntur, ut *Verbi incarnati* æternam Deitatem negare haud erubescant. Quocunque tandem nomine appellentur, *Ebionæi*, *Ariani*, *Photiniani*, *Neo-Photiniani* & *Sociniani*; licet aliquid diversi traderint, quique hodiernum, in *Arianos* & *Socinianos* potissimum

tissimum, distinguuntur, insignem differentiam videantur
præ se ferre: in uno tamen & primo suo mendacio nefarie
consentiunt, adversus Dei verbum abnuentes, Christum
æternum atque infinitum Deum esse, Quemadmodum
vero Nectorius doctrinam de unione personali in Christo
admodum periculose turbavit, dissipans communicationem
duarum in Christo naturarum, & ex iis fluentium proprie-
tatum; quamvis eundem verum Deum atque hominem
fateretur, *Concil. Ephes. part. III.* affirmans: *Deum ex Christi-
para Virgine processisse, ex divina scriptura edoctus sum: ita
illi fundamentum idem funditus evertunt, tollentes veram
atque essentialem divinitatem Ejus, qui e patribus est, quod
ad carnem attinet, quique est super omnes Deus benedictus in
secula. Amen! Rom. IX, 5.* Quid enim reliquum in Christia-
nismo faciunt, qui nullum relinquunt aditum, neque ad
reconciliationem cum DEO peccatis offenso ineundam,
nedum ad præstandum sanctimonix cultum? quorum scilicet
utriusque facultas mortalibus nulla est, nisi ex infinito Dei
Messiæ, seu Immanuelis, merito redemptionis pretium nobis
suppetat, spiritusque Dei conferatur. Nihil ergo de er-
roribus produci poterit, quod Christiana fide ac beatæ im-
mortalitatis spe indignius reperiatur, quam nefanda hujus-
modi hæresis, quæ divinam Christi hominis nati vel per-
sonam vel essentiam lædat. Quicquid denique verborum
pro tali excusanda hæretica opinione, sive istius aberrati-
one extenuanda, inter Christianos proferatur; hoc colu-
mna veritatis Ecclesia quam maxime horreat, necesse est.
In hac quum sententia consistamus, vosque ad eam
cohortemur sanctissime tuendam, abest tantum a nobis,
ut statuerimus, qui tantum errorem foveat, sanctificatio-
nem non necessario perdere; id quod docere non nemi-
nem nostrum, falso testimonio haud verita est palam scri-
bere invidia; ut etiam ipsæ paginae, quibus ad constandum id
commen-

commentum perverfissima cōfecutio fruſtra adſuitur, dire-
cte contrarium oſtendant. Scitote igitur nos puos ejus
criminis, atque ut eo minus de puritate hac noſtra quis-
quam dubitare auſit, ecce! ad præſepe CHRISTI IEſU
caſtiſſimum à nobis invitamini, ut amplectamur illud toto
corde, & è *Symbolo Athanaſiano* Catholicam fidem uno con-
firmemus animo, utentes verbis præſcriptis dictam in rem
ſequentibus. *Qui vult ſaluſ eſſe, ita, ut pars Symboli
anterior habet, de Trinitate ſentiat. Sed neceſſarium eſt ad
eternam ſalutem, ut incarnationem quoque Domini noſtri JE-
ſU CHRISTI fideliter credat. Eſt ergo fides recta, ut creda-
mus & confiteamur, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Dei fi-
lius, Deus & Homo eſt. Deus ex ſubſtantia Patris ante ſecula
genitus, & homo ex ſubſtantia Matris in ſeculo natus. Perfe-
ctus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne
ſubſiſtens. Equalis patri ſecundum divinitatem, minor Patre
ſecundum humanitatem. Qui, licet DEUS ſit & Homo, non
duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus. Unus autem non converſio-
ne Divinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in DE-
UM. Unus omnino, non confuſione ſubſtantie, ſed unitate
perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & caro unus eſt
homo, ita Deus & Homo unus eſt Chriſtus. Qui paſſus eſt
pro noſtra ſalute: descendit ad inferos: tertia die reſurrexit
& mortuis. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexteram Dei Patris
omnipotentis. Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.
Ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corpo-
ribus ſuis. Et reddituri ſunt de factis propriis rationem. Et
qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in
ignem æternum. Hæc eſt fides Catholica, quam niſi quiſque
fideliter firmiterque crediderit, ſaluſ eſſe non poterit.*

P. P. d. i. Feſti Nativitatis Chriſti a. MDCCVII.

Typis CHRISTOPH. ANDRÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

Ja 3070 ✓

(1)
Nur für den Lesesaal!

ULB Halle 3
001 874 462



sb


VD 78


WOM



mt.







Louisa

PRO-RECTOR
ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ
**JOACH. JUSTUS
BREITHAUPT,**

S. Th. D. & Prof. P. Sem. Theol. & Sacrorum Hillersl. Dir.
Præp. & Præl. C. B. V. Magdeb. Confil. Confist. & Gen. Su-
perint. Duc. Magd. ac Pr. Diœc. Sal. Insp.

Una cum

**PROFESSORIBUS
RELIQVIS,
CIVES ACADEMICOS**

AD FERIAS

Nativitatis Domini & Dei nostri
JESU CHRISTI,

adoranda æterna Ejus essentia atque persona, ad salutem
creditu necessaria, digne celebrandas,

Omnes ac singulos hortatur &
invitat.

P. P. in Acad. Frider. A. MDCC VII.